



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Scintillæ Ignatianæ, Sive Sancti Ignatii De Loyola, Societatis Jesu Fundatoris Apophthegmata Sacra**

**Hevenesi, Gábor**

**Coloniæ, 1715**

**VD18 10988289**

16. Aprilis. Operarius non ad aurum, tractandam, sed lutum venisse se cogitet, acuátque in sui custodiâ curam, ne in se admittat scabiem, quam ex aliis satagit defricare. S. Ignat. vitæ l. 4.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50423](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50423)

Adi licet squalorem carcerum, no-  
miorum pædorem accede, sed ita in  
sicut solis radii in cæno, versare, in vitu-  
le lutum, nec inficitur. Si quid tibi for-  
um adhæsit, maturè expia.

16. Aprilis.

*Operarius non ad aurum tractandum, ut  
lutum venisse se cogitet, acuâtque in  
custodiâ curam, ne in se admittat  
biem, quam ex aliis satagit defricare.*  
Ignat. vitæ l. 4.

**N**on opus est valentibus medico-  
malè habentibus, ubi corruptio  
jor, pestis urget acerbior, eò primùm  
volet tam corporum, quàm animarum  
chiater; præmunitus tamen, ne & ipse  
tium trahat.

Si piscator se mergat, ut unionem in-  
niat; si se medicus occidat, ut æger sanetur  
non piscatio, non curatio hæc, sed insana  
fit. Idem est, qui animæ suæ labem aspe-  
geret, dum abluit alienam.

Non obviæ virtutis esse debet, qui pe-  
catorum conversioni operam suam  
addicere. Magnum est, quod aggreditur  
nec satis tutum, nisi quasi inpeccabilis

aliàs dum minuere vult , numerum facile  
augebit scelestorum.

Nisi passiones in fræno habeas , cave  
præcipitium, quo malorum , inter quos  
agis, exemplum invitat , quò natura im-  
pellit. Facilis est descensus averni.

## 17. Aprilis.

*Cave cujusquam factum criminis damnare;  
spectanda mens est proximi, qua sæpe pro-  
ba est, & innocens, licet exterior facti spe-  
cies deterior videatur. S. Ignat. apud  
Bart. l. 4. f. 387.*

**N**oli à sensibus mutuare sententiam si  
nolis errare. Testimonium horum  
falsum est. Cautè pariter fide cogitatui tuo,  
cautiùs relationi alienæ. Sed ut in nocte,  
ne impingamus, auxiliari lumine cavemus;  
ita in alienis, quod certum non vides, non  
judica.

Malè de aliis judicare, est malitiam suam  
prodere. Araneus est, qui venenum haurit  
è flore, unde apis mel suxisset. Stomachus  
corruptus omnia in bilem convertit.

Dominus est, qui judicat. Cur te misces  
ejus officio ? ille scrutator est renum , &  
ponderator cogitationum , nos vix ultra  
spi-